SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

# GREGORII

DIVINA PROVIDENTIA

# PAPÆ XVI.

## CONFIRMATIO

## DECRETI S. CONGREGATIONIS

EPISCOPORUM ET REGULARIUM

Die IX. Julii anni MDCCCXXXVIII. lati

SUPER LEGIBUS

A FRATRIBUS INSTITUTI SCHOLARUM CHRISTIANARUM
IN HOSPITIO S. MARIÆ ANGELORUM AD THERMAS DIOCLETIANAS
DEGENTIBUS OMNINO SERVANDIS

ROMÆ MDCCCXXXVIII.

EX TYPOGRAPHIA REV. CAMERAE APOSTOLICAE

# GREGORIUS PP. XVI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Cum nihil majus meliusve commodi et emolumenti civili æque ac christianæ reipublicæ afferri possit quam ut adolescentibus ad pietatem et ad bonas quasque artes mature informandis consulatur, tum Nos, qui sæpenumero ex Nostri ministerii munere spiritualibus auxiliis eas instruimus domos juventuti exercendæ ac tutandæ ubique excitatas, omni sane studio iis prospicere debemus, quæ in hac alma Urbe Nostra vigent ac florent, ut optato fini possint respondere. Hinc factum est, ut jam inde ab die XXII. decembris an. MDCCCXXXIV. amplum pauperum adolescentulorum Hospitium S. Mariæ Angelorum ad Thermas Diocletianas, cui dilectus filius Noster MARIUS S. R. E. Diaconus Cardinalis MATTEIUS tam naviter

# GREGORIO PP. XVI.

*A perpetua memoria*

Siccome alla cristiana, e civile republica nè maggiore nè miglior bene e vantaggio può arrecarsi, quanto provvedendo che i giovanetti siano per tempo alla pietà, ed alle arti educati, così Noi, che non rare volte per dovere del nostro ministero somministriamo spirituali ajuti alle case d' industria e di ricovero per la gioventù ovunque erette, dobbiamo certamente con tutto l' impegno a quelle accorrere, che in quest' alma città veggonsi fiorire, affinchè possano al desiato fine corrispondere. Quindi è che avendo sommamente a cuore il grande Ospizio de' necessitosi detto della Madonna degli Angeli alle Terme Diocleziane, cui con tanta sagacità, provvidenza, e mente ora presiede il diletto figlio Nostro MARIO

provide scienterque nunc præest, summopere cordi habentes, illius curam et regimen dilectis filiis Fratribus Instituti Scholarum Christianarum alacri libentique animo committendum censuerimus. Et quoniam clare aperteque perspeximus, necesse omnino fore, ut certæ conderentur leges, quibus Domus illa regeretur, quæque ad christianam institutionem, et rectam ejus contubernii procurationem quam maxime conducerent, opportunum Nobis visum est, ut experientia rerum omnium magistra hujusmodi Nostrum consilium perficeretur. Quum autem elapso quatuor annorum intervallo, et rerum usu noverimus quidquid accurato ac stabili ejusdem Domus regimini constituendo sit profuturum, de sententia VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium præpositorum leges infra exscriptas edere existimavimus. Omnes ergo et singulos, quos hæ Litteræ respiciunt, peculiari benevolentia prosequuti, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis et pœ-

di S. R. C. Diacono Cardinale MATTEI, fin dal giorno XXII dicembre dell' anno MDCCCXXXIV di buon grado ne affidammo la cura ed il reggimento ai diletti figli i Fratelli dell'Istituto delle Scuole Cristiane. E poichè chiaramente ed apertamente scorgemmo esser affatto d'uopo che si formassero delle leggi pel regolamento di quella Casa, e che fossero principalmente vantaggiose alla cristiana educazione ed alla retta amministrazione di tale Comunità, ci sembrò espediente, che l' esperienza d' ogni cosa maestra questo nostro divisamento maturasse. Scorso però lo spazio di quattro anni, e conosciuto col lungo uso tutto ciò che vale a reggere con accuratezza e stabilità la Casa medesima, col consiglio de'VV. FF. NN. Cardinali di S. R. C. destinati all'esame degli affari de' Vescovi e Regolari, credemmo prescrivere le leggi quì appresso enumerate. Amando adunque con singolare benevolenza tutti coloro cui queste apostoliche lettere riguardano, e da qualsivoglia scomunica, ed interdetto, e da

nis quovis modo, et quacumque de causa latis, siquas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, atque ex certa scientia, et Apostolicæ potestatis plenitudine harum Litterarum vi statuimus atque decernimus:

I. Hospitium magnum S. Mariæ Angelorum ad Thermas sub immediata summi Pontificis potestate manebit ad formam Decreti S. Congregationis editi die XIII. novembris an. MDCCCXXXV.

II. Religiosi Scholarum Christianarum, qui illud incolunt, in iis quæ administrationem, statum œconomicum, admissionem, dimissionem, disciplinam, et institutionem pauperum respiciunt, a Cardinali subsidiis pauperibus distribuendis præfecto penitus pendeant, ejusque præscriptiones servent, et observare faciant.

III. Quoad vero spectat ad christianam pauperum institutionem, sacras functiones,

altre censure, sentenze, e pene ecclesiastiche in qualunque modo e per qualsiasi causa imposte, nelle quali fossero incorsi, per tal oggetto soltanto assolvendoli, e tenendoli per assoluti, di Nostro moto proprio, con certa scienza, e con la pienezza della nostra potestà apostolica in forza delle presenti stabiliamo e decretiamo:

I. Il grande Ospizio della Madonna degli Angeli alle Terme rimarrà sotto l'immediata subordinazione del Sommo Pontefice a forma del Decreto della S. Congregazione emanato il XIII di novembre dell'anno MDCCCXXXV.

II. I Religiosi delle Scuole Cristiane che vi abitano in ciò che appartiene all'amministrazione, ed allo stato economico, all'ammissione, alla dimissione, alla disciplina, ed all'educazione de' poveri dipenderanno interamente dal Cardinale Presidente de' Sussidj, e saranno obbligati ad obbedire alle sue prescrizioni, e farle osservare.

III. Quanto poi alla cristiana educazione de' poveri, alle sacre funzioni, ad alla

et sacramentorum frequentiam subjecti sint Deputato ecclesiastico uti ejusdem Cardinalis Præsidis in rebus spiritualibus Vicario, eoque inscio nihil innovent.

IV. Vicarius generalis Scholarum Christianarum in religiosam familiam eodem in Hospitio manentem plenam auctoritatem, et jurisdictionem habeat, eamque in iis, quæ regularem statum, interiorem disciplinam, et œconomiam, atque constitutionum observantiam respiciunt, ut ceteras Domos, visitet, ac visitationis relationem, et acta ad S. Congregationem transmittat juxta Decretum ab eadem S. Congregatione latum die IX. junii MDCCCXXXVII.

V. Electio Rectoris Hospitii, et aliorum Officialium ad Vicarium generalem pertinebit de consensu Cardinalis Præsidis, ita tamen ut electio Rectoris confirmationi S. Congregationis subjiciatur. Accedente vero causa absentiæ, vel infirmitatis, sive Rectoris, sive aliorum Officialium Vicarius generalis Scholarum Christianarum potestatem habeat

frequenza de' sagramenti saranno soggetti al Deputato ecclesiastico, come Vicario spirituale del Cardinal Presidente, nè, senza ch'egli il sappia, alcuna cosa rinnoveranno.

IV. Il Vicario generale delle Scuole Cristiane avrà la piena autorità e giurisdizione nella famiglia religiosa che farà stanza nell'Ospizio medesimo, e questa, come tutte le altre Case, visiterà per ciò che concerne allo stato regolare, all'interna disciplina, all'economia, ed all'osservanza delle Costituzioni, e trasmetterà la relazione, e gli atti della visita alla S. Congregazione secondo il Decreto da essa emanato il IX di giugno MDCCCXXXVII.

V. L'elezione del Rettore dell'Ospizio e degli altri Ministri apparterrà al Vicario generale col consenso del Cardinal Presidente, talchè l'elezione del Rettore sia sottoposta alla conferma della S. Congregazione. In caso poi di assenza o di malattia sia del Rettore, sia degli altri Ministri, il Vicario generale delle Scuole Cri-

alios ad tempus substituendi ; præhabito ejusdem Cardinalis Præsidis consensu.

VI. Munus Rectoris, et Officialium, nec non mora aliorum Religiosorum in Hospitio ad triennium perdurabit. Possit autem Vicarius generalis justis de causis, etiam prius, aliquem Religiosum removere, vel, si id gratum fuerit Eminentissimo Præsidi, indulgere Religiosis, ut in officio, vel in Hospitio diutius remanere queant, non tamen ultra secundum triennium, nisi S. Congregationis licentia accedat.

VII. Vicarius generalis vigilet et curet, ut regulæ, et constitutiones Scholarum Christianarum a Religiosa familia sedulo observentur, præsertim quoad votum paupertatis, et contra inobedientes juxta sui Instituti sanctiones animadvertat, implorata, quatenus opus sit, in gravioribus casibus S. Congregationis auctoritate.

VIII. Rector Hospitii quovis mense de statu Religiosæ communitatis Vicarium generalem in scriptis certiorem faciat.

stiane avrà la facoltà di sostituire intanto degli altri in loro vece, premesso il consenso del Cardinal Presidente.

VI. L'uffizio del Rettore e de' Ministri, come altresì la dimora degli altri Religiosi nell'Ospizio durerà per un triennio. Potrà peraltro il Vicario generale per giuste cagioni anche prima rimuovere qualche Religioso, o se piacerà all'Eminentissimo Presidente concedere ai Religiosi, che possano rimanere più a lungo nella loro carica, o nell'Ospizio, non mai oltre il secondo triennio, senza la licenza della sacra Congregazione.

VII. Il Vicario generale dovrà invigilare, e far sì che le regole e le costituzioni delle Scuole Cristiane fedelmente si osservino, specialmente quanto al voto di povertà, e riprendere i disobbedienti secondo le leggi del suo Istituto, implorando eziandio, qualora sia di mestieri, ne' casi più gravi l'autorità della S. Congregazione.

VIII. Il Rettore dell'Ospizio informerà ogni mese in iscritto il Vicario generale dello stato della Comunità religiosa.

IX. Cardinalis Præses habeat potestatem convocandi Vicarium generalem, Rectorem Hospitii, et quatenus judicaverit, etiam Consultores, ut de rebus Hospitii cum ipsis agat, quando id necessarium duxerit.

Hæc volumus atque mandamus, decernentes hasce Litteras firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et eorum causa, quæ expressa sunt, hoc futurisque temporibus plenissime suffragari, et ab omnibus inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque quovis munere vel dignitate ornatos, sublata eis qualibet aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quomodolibet contigerit attentari; non obstantibus Constitutionibus et Sanctionibus apostolicis, nec non dicti Instituti legibus et consuetudinibus in contrarium præmissorum quomodolibet concessis; quibus omnibus hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

IX. Sarà in arbitrio del Cardinal Presidente convocare il Vicario generale, il Rettore dell' Ospizio, e se il crede, ancora i Consultori per trattare con essi sugli affari dell'Ospizio, quando il giudicherà necessario.

Così vogliamo e comandiamo, dichiarando, che le presenti Lettere siano, e siano per essere ferme, valide, ed efficaci, ed abbiano pienamente e interamente il loro effetto, ed a motivo delle sopraespresse cose adesso, e in avvenire appieno giovino, e siano da tutti inviolabilmente osservate; e così nelle cose premesse debba giudicarsi e definirsi da qualsiasi persona di qualunque carica e dignità rivestita, tolta ad essi la facoltà e l' autorità di altrimenti giudicare ed interpretare, e che sia irrito e nullo tutto ciò che sopra di queste cose avvenga che in qualsivoglia modo si attenti; non ostante le Costituzioni, ed Ordinazioni Apostoliche, non che le leggi, e le consuetudini del mentovato Istituto in contrario delle cose premesse in qualunque modo concedute; alle quali tutte ed a ciascuna delle

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXI. augusti an. MDCCCXXXVIII. Pontificatus Nostri anno octavo.

**E. CARD. DE GREGORIO**

medesime per questa volta soltanto specialmente ed espressamente deroghiamo, ed a tutte le altre cose in contrario.

Dato in Roma appresso S. Maria Maggiore sotto l'anello del Pescatore il dì XXI di agosto del MDCCCXXXVIII nell' anno ottavo del nostro Pontificato.

**E. CARD. DE GREGORIO**